CATECHESIS RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

1 *Quæ eſt unica tua conſolatio in vita & in morte?* — **Dominica I.**

Quòd animo pariter & corpore, ſive vivam, ſive moriar *a*, non meus *b*, ſed fidiſſimi Domini & ſervatoris mei Ieſu Chriſti ſum proprius *c*, qui pretioſo ſanguine ſuo, pro omnibus peccatis meis pleniſſimè ſatisfaciens *d*, me ab omni poteſtate Diaboli liberavit *e*, meque ita conſervat *f*, ut ſine voluntate Patris mei cœleſtis, ne pilus quidem de meo capite poſſit cadere *g*: imò verò etiam omnia ſaluti meæ ſervire oporteat *h*. Quocirca me quoque ſuo Spiritu de vita æterna certum facit *i*, utque ipſi deinceps vivam, promtum ac paratum reddit *k*.

a *Rom. 14. v. 8.* b *1. Cor. 6. v. 19. 20.* c *1. Cor. 3. v. 22. Tit. 2. v. 14* d *1. Petr. 1. 18. 19. 1. Io. 1 v. 7. 1. Ioh. 2. v. 1. 2.* e *Heb. 2. v. 14. 1. Ioh. 3. v. 8.* f *Ioh. 6. v. 39. Ioh. 10. v. 28. 2. Theſſ. 3. v. 3. 1. Pet. 1 v. 5.* g *Matth. 10. v. 30. Luc. 21. v. 18.* h *Rom 8. v. 28.* i *2. Cor. 1. v. 22. 2. Cor. 5. v. 5. Eph. 1. v. 14. Rom. 8. v. 16.* k *Ro. 8. v. 14. 1. Ioh. 3. v. 3.*